neſciunt quid faciunt. Fuit val
de liberalis in largiendo qꝛ ad mo
dicā peticionē dedit latroni regnū
celoꝝ. Fuit valde larg⁹ in redimē
do. qꝛ non guttā: ſed totū ſanguī
nē effudit ⁊ dedit ꝑ nrā redempti
one. Pſ. Apud dn̄m miſeri. ⁊ co.
aē. Ideo eccīa ad ſimilitudinē xp̄i
eſt liberalis hodie in orando ⁊ mł
tum pia in pcendo ¶ Decimum ē
qꝛ hodie fideles eccās ⁊ altaria ſā
ctoꝝ viſitare ɔſueuerūt. Cuius tri
plex ratio eſt. Prima eſt. qꝛ talis
viſitatio repreſentat viſitacōnem
apoſtolorum ⁊ ſcārum mulierū.
qꝛ crebre ſepulchrum viſitabant
Secunda ratio eſt qꝛ hodie xp̄i
ſtus omnes ſanctos qui fuerunt
a principio mundi vſqꝫ tūnc pre
ſencialiter viſitabat. ⁊ ad limbū
deſcendit Luc. i. Viſitauit nos ori
ens ex alto. Tercia ratio ē. qꝛ ho
die ſcī debent eſſe valde liberales
qꝛ hodie de carcere erant liberati.
et in celeſte imperiū ſublimati. Si
quis de carcere liberaret̄: et ad im
pium ſublimaret̄. ille diem illum
multū diligeret. et illa die multū
liberalis eſſet Merito ergo hodie
fideles ſanctos viſitant: vt ab ip
ſis de carcere liberatis ⁊ ad imperi
um ſublimatis: beneficiū obtine
re valeant. Quod nobis preſtare
dignetur aē.

¶ Ipſo die paſche

¶ Sermo. xxvi.

Iheſum queritis naza
renū crucifixū. ſurrexit
nō eſt hic Marci. vlti.
Nos videmus ad natu
ralia qꝛ deus valde mirabilia opa
fecit ſm ſuā potenciā. ⁊ ordinauit
ea ſm ſuam ſapienciā. et ɔſeruat
ea ſcd̄m ſuā clementiā. Et ideo ait
ꝓpheta in pſ. Mirabilis deus in oī
bus opibus ſuis. Nā videmus qꝛ
arbores et plante creſcūt de terra.
vireſcunt. floreſcunt. fructificant.
matureſcunt. ⁊ fructus maturi col
ligunt̄. et de fructibus viuit natu
ra fragilis. ⁊ tp̄e ſuo arbores areſ
cunt tanꝗ̄ non ſit vita in eis. ⁊ ta
men iterū ſuo tp̄e refloreſcunt. qꝛ oīs
oculus eos inſpiciens letat̄. Sed
per quem modū illud fit: certe ig
noramus Soli creatori ɔſtat qui
habet eas creare. ⁊ totū celum gu
bernare — Ita ſpiritualiter ꝑ arbo
rem nota hoīem ſm math. Arbor
bona fruct⁹ bonos facit. ⁊ in arbore
naturali iſta ſupradcā videm⁹ qꝛ
egreditur de terra. occulte vireſcit
frondeſcit. germinat fructificat.
areſcit ad tp̄us et floreſcit. Ita
humana natura naſcitur de terra
nutritur de terra. in puericia vire
ſcit. in adoleſcētia frondeſcit. in for
titudine germinat. in opere fructi
ficat. in ſenectute marceſcit ⁊ areſ
cit. quia cadunt folia ⁊ rami: ſcili
cet quando vires deficiunt. et ho
mo caligatur in oculis et in ſtatu
ra curuatur. et ad tempus morit̄.
Et poſtea iterū refloret in ipō die

iudiciȷ̄ reſurgendo Et iſta probat
ioh· dicens· Lignū habet ſpem: ſi
preciſum fuerit rurſū vireſcit· Jta
homo ſimiliter Qꝫ nulli ſit dubiū
de hoc· ideo xp̄s deus ⁊ hō in natu
ra humana voluit naſci de v̄gine
Floruit in fortitudine· fructū fecit
in bona operatione· mortuus eſt in
crucifixione· ſepultus eſt i ſepul
chro manifeſta viſione· q̄a multi
hoc viderunt· Sed mō refloruit in
reſurrectione Jdeo de eo ait ꝓpħa
Refloruit caro mea· Quō aūt hoc
factū ſit pꝫ in euāgelio ſc̄m quod
marc⁹ deſcribit: qui oīa iſta ocul'
ſuis manifeſte vidit dicens· Euāge'
MAria magdalena ⁊ maria iaco
bi et Maria ſalome emerunt aro
mata vt venien· vngē· iheſum Ma
ria magdalenā fuit illa cui dixit
domin⁹ i vigilia palmaꝝ dimiſſa
ſunt ei pc̄tā multa· qm̄ dilexit mł'
tū· Et maria iacobi· et maria ſalo
me fuerūt ſorores virginis marie
Et valde mane vna ſabbatorum
⁊ vna die tranſacto ſabbato· q̄a
ſabbatū celebrabant· Venūt ḡ
ad monumentū dum ſol incipit
oriri· Et dicebant ad inuicē· Quis
reuoluet nobis lapidē de monum̄
to qui erat magnus valde· Et ſta
tim angelus dn̄i reuoluebat lapi
dem de monumento· et ſedebat ſu
p lapidē et dixit· Nolite timere· Et
introeuntes in monumentuꝫ vide
runt angelū in ſpē iuuenis ſeden
tem in dextris coopertū ſtola can
dida ⁊ timuerunt· Qui iterū dixit
illis Nolite expaueſcere Jh̄m q̄ri
tis nazarenū crucifixum· ſurrexit
non ē hic Ecce locus vbi poſuerūt
eum Sed ite dicite diſcipulis eius
et petro ſpecialiter q̄ nimis triſtis
eſt eo ꝙ negauerit xp̄m· qꝛ ſurre
xit et precedet vos in galileam ·i· in
patriā celeſteꝫ· ⁊ ibi eū videbitis
facie ad faciē ſicut in cena p̄dixit
vobis· Exiui a patre ⁊ veni in mū
dum· ⁊ iteꝝ relinquo mundum ⁊
vado ad patrem· ⁊ ibi me videbi
tis in maieſtate· ¶ Jheſū queritis
nazarenū ⁊c̄· Jn hȷ̄s verbis ange
lus tria facit Primo tangit paſſi
onis xp̄i ignominiā: vt caritate i
flāmemur cū dicit· Jh̄m queritis
nazarenū crucifixū· q· d· ꝓ nobis
crucifixū· Jdeo merito debemus euꝫ
diligere ⁊ querere Sc̄do aſtruit
reſurrectionis gloriā vt ſpe ſuble
uemur cū dicit· ſurrexit non ē hic
q· d· Jam glorificatus ē· et ideo ſu
per terrā querend⁹ non ē· Tercio
ſubdit ꝯſolationis materiā· vt in fi
de ſolidemur cū dt· Ecce locus vbi
⁊c̄· Nota ꝙ xp̄s ſurrexit quatuor
modis· et hoc q̄tuor de cauſis· Pri
mo apparenter ꝓpter triſtiū ꝯſola
tionē· Sc̄do potenter ꝓpter fidei cō
firmationē· Tercio nālit̄r ꝓpter
natuē reuocationē Quarto ſingu
lariter ꝓpter future reſurrectionis
oſtenſionē ¶ Primo xp̄s ſurrexit ap
parenter ꝓpter triſtiū ꝯſolationē
Nam hodierna die apparuit diſci
pulis ſuis ⁊ dilc̄is ſuis amicis ſex
vicibus Prima vice marie v̄gini

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Et de hoc non ſcribunt euangeli
ſte. q illud q̄d pōt dubitari hoc
ſcribunt. Et in illo nullus dꝫ dubi
tare quin primo apparuit virgini
marie. Quia xp̄us dixit. Honora
patrem ⁊ matrē. ⁊ illud ſp̄ imple
uit Et ideo maria non queſiuit ip
ſum cū alijs tribus marijs i ſepul
chro. ⁊ hoc etiā ꝓpter nimiā debi
litatem corpis. et ꝓpter triſticiam
quam habuit. Etiaꝫ dicūt aliqui
doctores q iſte gutte ſāguinee ſu
per veſtimenta eius effuſe ſub cru
ce clarificabant in reſurrectione ⁊
ſic ipſa hodie eſt gauiſa. Secū
da vice apparuit marie magdal'.
Non qn̄ ille tres marie venerūt ad
ſepulchrū q̄d fuit in orto extra ci
uitatem: et nō inuenerunt corpꝰ.
ſed angelū in dextris in ſtola can
dida. Et dixit eis. Quē queritis ſur
rexit non ē hic. Ite dicite diſcipu
lis. Et cum irent ⁊ diſcipulis dice
re voluerūt. Maria magdalena re
uerſa eſt ſola ad monumentum
Tunc duos angelos vidit. vnuꝫ
ad caput. et alium ad pedes: et di
cunt. Mulier quid ploras. Et cuꝫ
hoc retroſpexit ⁊ vidit dn̄m a lōge
ſtanteꝫ i orto ⁊ putabat ipſū eē or
tulanū dicēs Si ſuſtuliſti dominū
meū dicito michi vbi poſuiſti eū:
vt ipſum tollaꝫ. R̄ndit dn̄s. Mari
a. et in hoc verbo cognouit eum ⁊
ſtatim ſurrexit ⁊ cecidit ad pedes
eius vt oſcularet̄. Et ait dn̄s Noli
me tangere. q queris me dubitā
do. et ſic apparuit ſecunda vice
Tercia vice tribus marijs ſimul.
Nam cū maria magdalena vidit
dominū gauiſa ē. ⁊ ſtatiꝫ iuit ad
alias marias. ſ. ſalome ⁊ iacobi
vt eis diceret. Tūc ſimul iſte tres
ibant ad diſcipulos. et in via ap
paruit eis xp̄s: ⁊ dixit. Auete. Et
oſculabant̄ pedes eius. tunc pmi
ſit eas ſe tangere q credebant ip
ſum ſurrexiſſe. Et dixit. Ite dicite
fratribꝰ meis q ſurrexi a mortuis
et ſic apparuit tercia vice. Quarta
vice apparuit petro ſolus Naꝫ qn̄
iſte tres marie eis dixerunt: tunc
duo diſcipuli ad monumentum
ſtatī cucurrerūt. ſ. petrus ⁊ iohēs
Vnde lucas Cucurrerunt duo ſil
⁊ iohannes fuit iuuenis ⁊ precu
currit citius petro qui fuit ſenior
Et iohannes venit prior ad monu
mentuꝫ ⁊ introſpexit. Sed cum pe
trus venit: ſtatim introiuit ſepul
chrum ⁊ inuenit lintheū vel ſindo
neꝫ mundū. in quo fuit corpꝰ xp̄i
reuolutū ⁊ ſudariū q̄d habuit in
facie et ſic iohēs ⁊ petrꝰ receſſerūt
⁊ eū nō inuenerūt. Cū aūt petrus
iuit ad ſecretū locū in orto vt fleret:
apparuit ei xp̄s vt nō deſperaret ſꝫ
vt ꝯſolaret̄ eū. Lu. Surrexit domi
nꝰ vere ⁊ apparuit ſymoni petro ⁊
ſic q̄rta vice apparuit. Quinta vice
apparuit illis duobꝰ diſcipulis ho
ra veſpertina euntibꝰ in emaus de
iherlm. ſicut craſtina die tenꝫ euā
geliū. Hic narra euāngeliū hoc ⁊
cras predicabit̄ q̄d hodie ē factū.
⁊ ſic apparuit quinta vice Sexta

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vice apparuit hodie oībus aplīs
ſimul in domo vbi cenam fecerūt.
et ibi ꝓpter metum iudeoruꝫ māſe
runt. et oſtia clauſerūt. et clauſis
ianuis ad eos intrauit dicēs Pax
vobis. Nolite timere ego ſum. Et
hec apparicio facta fuit de ſero ho
dierna die Et ideo pꝫ ꝙ xp̄s ſurre
xit apparenter ꝓpter triſtiuꝫ ꝯſola
cionē. Scdo xp̄s ſurrexit potenter
ꝓpter fidei ꝯfirmationē. Quis enīꝫ
vnq̄ ex mortuis potuit ſeipſum re
ſuſcitare. Certe nullus. Sed xp̄s
ꝓpria potencia ſeipſū reſuſcitauit.
ſicut ipſe ait in euangelio Math.
Data ē mihi ptās ī celo ⁊ in terra.
et poteſtatem hēo ponendi aīam
meam. et iterū ſumendi eam p re
ſurrectionē. Legimus enī. iiij. Re.
iiij. ꝙ heliſeus ſuſcitauit puerum
mortuū. ⁊ hoc non fecit ꝓpria potē
cia: ſed diuina. ꝗꝛ orauit ⁊ ſe ſuper
pueꝝ poſuit vt caro calefaceret ac
ſic ipſū reſuſcitauit. Etiā legimus
ī eodē libro: ꝙ oſſa helisei ꝓphete
fuerūt tranſlata in aliū locum. et
tetigerūt oſſa alteri⁹ mortui ⁊ ſur
rexit ⁊ hoc virtute ⁊ poteſtate diui
na: vt iudeos incredulos in fide re
ſurrectionis ꝯfirmaret. et ſic xp̄s
hodie reſurgere voluit poteſtate ⁊
virtute ꝓpria. vt nos incredulos
ꝯfirmaret. vt pꝫ in euangelio q̄d
ꝓpria poteſtate ſurrexit. Nam feri
a ſexta qñ erat ſepultus dixerunt
iudei ad pilatum. Dñe iube ſepul
chꝝ cuſtodiri: ne ſeductor ille nos
ſeducat. ⁊ ne diſcipuli furentᷣ eius

corpus. ⁊ dicant. ſurrexit a mortu
is. Tunc pilatus fecit ſignare ſe
pulchꝝ cum ſigillo ad iuncturas
lapidū. ⁊ appreciauerūt quatuor
fortes armatos vt tres noctes ac
tres dies deberent cuſtodire ſepul
chꝝ: ꝗꝛ dixit xp̄s Tercia die reſur
gam. Sed ī nocte iſta quādo xpi
ſtus ſurrexit: factus ē terremotus
magn⁹. ꝗꝛ cuſtodes facti ſunt ve
lut mortui. ⁊ fugerunt. et xp̄s ſur
rexit clauſo tumulo ſine fractōne
ſigilli. Et dixerunt mulieres Quis
reuoluet nobis lapidē. Et ideo ſur
rexit potenter ꝓpria virtute De hoc
quidā ſacerdos hodie dubitando
quō xp̄s poſſet reſurgere clauſo
tumulo cogitauit. Tunc cinguluꝫ
quo erat precinct⁹ iacuit ante eū
clauſum ſicut habuit circa corp⁹
et audiuit vocē ſic dicenteꝫ. Sicut
xp̄s clauſo exiuit vtero virginis.
⁊ cingulū in ꝯſpectu tuo: ſic xpiſ
tus exiuit clauſo tumulo. Et ergo
xpiſt⁹ ſurrexit potenter propter
fidei ꝯfirmationē. Tercio xp̄s ſur
rexit naturaliter ꝓpter naturē reno
uationē. Nam ſicut natura dedit
fenici qui ſe renouat moriendo ⁊
reſurgit iterū volando. vt dicit yſi
dorus de naturis rerum ꝙ quādo
fenix tricentorum vel quadringē
torum annorum ē vnica auis nō
habēs ſociū ſicut alie aues ꝙ poſ
ſet ſibi filios procreare: ſed ſolus
volat in montibus armenie et in
montibus libani. ⁊ cuꝫ ſenſerit ſe
annoſum. docet ipſum natura ꝙ

volat et querit ramos de nobilib⁹
arborib⁹ et facit in altiori monte ī
cacumine montis nidum. et volat
ad calorem solis et laborat ī volā
do donec vlterius volare nō potest
et cū impetu q̄rit nidū. qui nidus
tunc accendit p calorez solis et se
in nido obruit. et de cinere illi⁹ aui
cule tercia die alia auis renascit.
et iterū volat. Ita xp̄us voluit inno
uare humanā naturā antiquaz p
pctā primorū pentum in nidulo
scē crucis ꝓpria voluntate corp⁹ in
igne diuine caritatis mori. et terci
a die renouare in resurgendo. Itē
legim⁹ in exo. ꝙ moyses ex iussu
dn̄i posuit. xiij. vgulas in templū
et nullā īter eas refloruit. nisi. xiij
q̄ fuit virga aaron Ita moraliter
de⁹ creauit. xiij. naturas reꝝ. s. no
uem choros angeloꝝ. P⁹ has de
cima natuā fuit pfectoꝝ aīalium
q̄ fuerant creata ante hoīez. Post
aīalia creauit pisces. p⁹ pisces re
ptilia et volatilia. Quarū naturaꝝ
xiij. fuit humana natura que ideo
fuit vltima creata. qꝛ nulla illarū
nisi humana natura debuit reno,
uari p resurrectionē. Et ideo xp̄us
voluit primus esse qui renouarz
humanā naturā et clarificaret eā
sicut virga aaron arida precisa et
in aridā terrā posita refloruit. fro
duit et fructū fecit. qꝛ ptulit amig
dolas pulchriores q̄ꝫ ante precisi
onem habuit. et sic pꝫ ꝙ xp̄us ho
die surrexit ꝓpē nature renouatio
nem ¶ Quarto xp̄s surrexit figu

raliter ꝓpter future resurrectionis
ostēsionem. Nam multi fūt. et an
te xp̄m fuerūt qui credere nolue
runt ꝙ hō incineratus posset ēsur
gere Et ideo legim⁹ ezech. xxxvij.
qn̄ ꝓpheta ezechiel p̄dicauit futu
ram resurrectionem iudeīs: ipsi cre
dere noluerunt. et ideo dn̄s ondit p
phete campuz magnū plenū ossi
bus aridis et dixit dn̄s ad ꝓphaz
Vides ossa istoꝝ mortuoꝝ hoīm
Respōdit. Video dn̄e Et dixit. Dic
ex verbo meo vt resurgant. Et sta
tim dixit ꝓpha Ossa arida: audite
verbum dn̄i. et statim accesserūt
in ictu oculi iūctura ad iuncturaz
et vnumqdqꝫ ad locum suuz et ste
terunt super pedes et cutis et nerui
ascenderūt. et adhuc non hēbant
vitam. Et dixit dn̄s. Voca quatu
or vētos a quatuor ptibus mūdi
et adducant spm̄ vite Et ait ꝓphe
ta. Veni ventus oriens. occidens
septentrionalis et meridionalis et
sufflate sup ossa ista et reuiuiscāt.
et statim oēs vixerunt et erat ex
ercitus magn⁹ valde. Et ait dn̄s.
Sic ego dn̄s q̄ creaui vos de nichi
lo renouabo vos de sepulchris ves
tris. Moraliter hec visio satis ma
nifeste ondit resurrectionē futuram
Nam p ossa q̄ iacuerunt in cāpo
notant oīa humana corpa que
iacent in cinere sup vniuersaꝫ ter
rā spiritib⁹ priuatis Et cū venerit
dies ista in q̄ reflorent oīa: xp̄us
qui hodie surrexit veniet. cui pat
omnia dedit in manus suas. et ei

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

oĩa obediẽt. Naꝫ mare dabit ſuos mortuos. terra mortuos ſuos. infernꝰ mortuos ſuos et adherebũt oſſa ad oſſa. et vnũquodqꝫ redibit ad ꝓpria. et cooperiẽt carne priſtina. ⁊ quilibet in carne ſua videbit ſaluatorem. Vnde ait Job Et in carne mea videbo deuꝫ ſaluatorem meum. Et ideo xp̄us voluit hodie reſurgere. vt vnuſquiſqꝫ p̄paret ſe ad futurã reſurrectioneꝫ. Rogemus ⁊c̄.

Feria ſecũda poſt paſcha.
Sermo. xxvij.

Tu ſolus pegrinꝰ ⁊c̄. Luc. vlti. Nota ꝙ ſicut videmꝰ q̃n aliqs in aliena domo extra p̄riam naſceretur: in aliena p̄ria ↄuerſaretur. et in aliena domo nutriret. ⁊ in aliena ciuitate moreret. in alieno ſepulchro ſepelirẽtur verus eſſet pegrinꝰ. Ita xp̄s ꝓpter nos ⁊ ꝓpter nr̃am ſalutẽ dereliquit patriã celeſtis glorie. vt ipſe ait Jhere. Reliq̃ domuꝫ meã ⁊ hereditatem meã ꝓpter te et i hoc mundo voluit in aliena domo fuit natus ſcꝫ in pegrinatione marie. ꝙ iuit de nazareth in bethleẽ. Jtẽ in aliena patria ↄuerſatꝰ. Nã maria cum puero iheſu pegrinata ẽ in egiptũ. et ibi erat ſeptẽ annos in pegrinatione. Jn aliena ciuitate mortuus. ſ. in ihr̃lm quã elegit paſſioni. Jn alieno ſepulchro fuit ſepultus. ꝙ Joſeph ab arimathia ſepeliuit euꝫ i ſuo ſepulchro qd̄ exciderat in petra. in quo non dum quiſꝗ̃ poſitus fuerat. Bene ḡ poterant iſti duo diſcipuli. dicere verbum preallegatuꝫ. Tu ſolꝰ peregrinꝰ es ⁊c̄. Quõ illud accidit patet in euangelio Euangelium.

Duo ex diſcipulis ihū de ſeptuaginta. ſ. cleophas ⁊ lucas ibant ipſa die reſurrectionis dñi viꝫ heri in caſtellum noĩe emaus qd̄ erat a ihrl̃m in ſpacio ſtadiorũ. lx. hoc eſt alterũ dimidiũ miliare de nr̃is ꝙ erat quidã gigas noĩe hercules. et qñ ille ibat: tranſibat vno anhelitu. lx. paſſus et ibi ſtabat. et ideo iſta loca dicebant ſtadia. Et iſti duo diſcipuli loquebãtur ad inuicem de hijs que acciderant in ihrlm. Et cũ loquerent. et vnꝰ aliũ quereret: tunc xp̄s in ſpẽ pegrini appropinquabat eis ⁊ ibat cũ illis. et oculi eorũ tenebant ne eũ agnoſcerent: ⁊ ait ad illos Qui ſunt hij ſermones q̃s ↄfertis ad inuicẽ ambulantes ⁊ eſtis triſtes Et rñdit cleophas Tu ſolus peregrinꝰ es in ihrlm. et nõ cognouiſti q̃ facta ſũt in illa hijs diebus ⁊c̄. Quibꝰ ipſe dixit. Que. Et dixerũt. de iheſu nazareno qui fuit vir propheta. potens in ope et ſermone coram deo et omĩ populo. Et quõ tradiderũt euꝫ ſummi ſacerdotes et p̄ncipes noſtri in damnationẽ mortis et crucifixerunt eum. Nos autẽ ſperabamus. quia ipſe erat redempturus iſrahel. Et nunc ſup hec omnia hodie eſt dies tercia vt facta ſunt hec. Sed et mulieres

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf